

7. Christus est secunda persona divinitatis, nempe verus Deus, ab æterno à patre genitus, & in plenitudine temporis verus homo natus ex Maria virgine.

8. Hic vocatur 1. λόγος, quia est sermo sonans & loquens cum patribus, & edens promissionem. 2. εἰκὼν θεοῦ. imago Dei in qua elucet sapientia, potentia, & virtus patris. 3. Ἀπαύγασμα τῆς δόξης, splendor gloriæ Dei, nimirum æternus & immutabilis. 4. χαρακτὴρ, expressa imago, integra & substantialis. 5. Filius, ex substantia patris natus. 6. Genitus. Est autem generatio ex substantia gignentis proferre quod gignitur, simile secundum substantiam; *Damasc. lib. i. c. 8.*

9. Proinde filius est ab æterno (ἀπαύγασμα) de patris substantiâ genitus (filius) & ὁμοῦσι patri (communicata essentia) & substantialis & integra imago æterni patris (χαρακτὴρ) quam pater sese intuens & considerans gignit, λόγος & imago.

10. Notandi Scripturæ modi loquendi. Christus vocat Θεοῦ ἰδίου πατέρα *Ioan. 5. v. 18.* ipse dicitur ἰδίος. *Rom. 8. 32.* μονογενὴς παρὰ πατρὸς, *loh. 1. v. 14.*

11. Damnanda, igitur Serveti calumnia, asserentis Christum vocari filium Dei, propterea quia humanitas ejus sit concepta de Spiritu sancto. Quæ etiam extat apud Zanchium & alios. Non enim Christus est vel di-

B

citur